

quas hic et nomine vestro unâ cum D. Hautmanno gessit
 et in usum porro Illustris Scholæ procurandas nobis
 commisit. Fidem itaque hæc referenti, ut quam plenissi-
 mam adhibeatis, licet et hoc superfluum, ultimus atque
~~precavimus~~ rogamus. Deum porro precantes ut vos bono
 tenella hujus Reipublicæ literariæ sospites, sanos ac felices
 diu multumque velit. Scrib: Haga Com: W. Col: April:
 C1910CXLVII.

Addictissimus vobis.

Annæ Mariæ
 Schuurman.
 114. Jul. 117.

Nobilissima Virgo.

(401).

Eximij popularis mei, ejus hactenus artificem manuum
 non è vulgo ob oculos habuisti, nunc et mentem et ingenium
 vides, et ab his profecta præstantissima, atque, ut mihi
 quidem videntur, cum antiquitate comparabilia monu-
 menta. Vide inquam, et cum bonis omnibus dole. Hujus
 tam lucidi sideris in Batavo climate brevius curriculum
 fuisse, quam penè solis hiberni est ad Septentrionem. Si
 satis memini querebaris hujusmodi Libellos in Urbe vestra
 non extare. Gaudebo si ne hactenus quidem allati fue-
 rint, ut ab amico Hagensi potius, quam ab ullâ manu
 exterâ accipias magnum Poetam Hagensem, decus reverè
 nostrum, et natalium fateor reverè meorum grande
 ornamentum. Psalmi nostri, quorum nonnullis pro
 humanitate tuâ patientissimas aures commodasti, ad
 unum omnes excussi sunt: sequuntur Canticæ Gallicæ
 et Italicæ, quas simul duci nescio an edendas an
 expuendas, ut semel hisce nœnisi defunctus amici flagi-
 tantibus videri possem totam fidem liberasse. Videbitur
 etiam id opusculum simul atque exportum fuerit e lentuli
 Typographi Regii vel certe distractissimis manibus, cujus
 ut cetera despicias, utique elegantes typos non impro-
 babis. Quam rē majores Pictoris vestri Henrici Goutij
 penes me mirabilem tabellam esse narraui, etiam nunc
 transmissa fuisset, nisi succurisset, quod ipsam te
 Hagæ videbaris polliceri in hanc ætatem. quo in
 consilio si adhuc perstas, ut ego quidem opto, ac te
 cum cæteris amicis rogo, futurus illud Xερμυδιον hinc
 visetur

visetur, cum paucis aliis, quibus te, nisi fallor, vix
tebit breve momentum impendisse. Manda tamen,
seus curatum velis, ecce enim cui cum imperio injo

Summae virtutis tuae et eruditionis
cultor et admirator.

C. H.

D. Voetio, Fratrique item optimo
et humanissimo viro Salutem
plurimam dico.

Wendelino.

Mi Wendelino (quod vocabulum fortasse praepos
mis illis doctissimisque) quando in Trajectis solaci
fecimus, quisquis fuit ille duorum, narro tibi, com
me errore pretinus Comitum Solmensem vestri
Trajecti Subsecretarium, sedulo convenisse, ut si
quid e latibulis illius appidi contum velles, antea
sua reputam ^{ubique praevenerat} averteret, quam equidem interpret
quasi mihi factam. Itaque sancti pollicitus est, q
se adires meo nomine, omnem omnino operam
ac benevolentiam in promptu fore. Si quid ejus
superest, impera. Est tibi hic cum homine negativ
qui succedere ambit in illum loculum, quem in
Wendelini sinu vacuum reliquit, heu ille noster,
ut rite lamentari exeres omnes. Si pateris
si abnuis, vale tamen Mi Wendelino ab integro
affectu tuo C. Hugenio.

In paucis illis quae ad Rhenum
diplomati Lossensibus nihil
suspicio extare eorum quae ad
Reelhemiam ~~et~~ meos spectent. Videbitur
tamen. Scribo distractissimus,
ut ipsa scriptio indicat. Hago Com:
Postridie Pd. Sept. 1647.

Anna Maria Nobilissima Domina
Schuoman.

Quod quis per alium facit ipsum facere non videri, co
quam Jurisconsulti dicunt, rogo me docere patia
per hac tactia Typographorum Parisiensium
resinaeque pigriorum. Horum certe non mea
factum